

PROBLEMA, AD CUIUS SOLUTIONEM GEOMETRE INVITANTUR.

TAB. I. **P**roposito quadrante elliptico *BNME*, inter binos semiaxes principales *CB* & *CE* intercepto, in eo geometricè assignare puncta *M* & *N*, ut arcus *MN* præcise sit semissis arcus quadrantis *BNME*.

THEOREMA, AD CUIUS DEMONSTRATIONEM GEOMETRE INVITANTUR.

Si ellipsis *AEBF*, axibus principalibus *AB* & *EF* descripta, per diametrum quancunque obliquam *XCY* bisecetur, ad quam semidiameter conjugata *CZ* producatur in *V*, ut sit *CV* æqualis semiaxi *CA*, & ex *V* ad *CA* normalis agatur *VP*; hæc ellipsin ita secabit in puncto *S*, ut arcuum *XAS* & *YFS* differentia geometricè assignari possit.

Si enim ex *X* ad *CZ* perpendicularum *XQ* ducatur, interval- lum *CQ*, bis sumtum, æquale erit illorum arcuum differentie, seu erit $YFS - XAS = 2CQ$.

Eo difficilius autem tam Problema resolvendum videtur, quam Theorema demonstrandum, quod diversi arcus elliptici nullo adhuc modo inter se comparari potuerint, unde ex harum propositionum pertractatione non contemnenda Analyseos incrementa merito expectantur. Graviore autem præ- nio Geometre ad hoc argumentum suscipiendum incitari non possunt.

MISCELLANEA LIPSIENSIA NOVA, AD incrementum scientiarum, ab his, qui sunt in colligendis Eruditorum Novis Actis occupati, per Partes publica. Edendi consilium suscepit, sua nonnulla passim addidit, Præfationem præmisit, FRIDER. OTIO MENCKENIUS.


Voluminis IX Pars I & II.

Lipsiæ, apud B. Lanckisii hæredes, 1752 & 1753, 8.

Alph. I. plag. I.

Pro-

TABI ad Nov. Act. Erud. A. 1754 Mens. Januarii pag. 40.



res
na-
ctis

EM

per
am
ua-
lli-
ne-

val-
tia,

tur,
pti-
e ex
na-
præ-
citari

AD

227-